

1542. 4. Januarii

7

Wigismundo Regi Poloniae  
Archieppus Gatinus Cracoviensis  
Lupparius.

3

Fuit apud nos hiis diebus Praepositus  
Albensis, Legatus a Summa Alii Mte et Primoribus  
Hungariorum, qui partes ejus sequuntur, cujus Legationis  
summam, cum his ad Mtem vram Romanam mitti  
mus. Mittimus autem et responsi nri breviarium,  
quod ipsi comitato per bras Consilio cum magno Dno  
Castellano Cracoviense dedimus. Rogamus vero Mte  
vram majorem in modum dignetur anxie filiae suae  
Summae et Regni illius afflictis rebus, atque adeo sibi  
Regnoque suo, cujus aries proximus ardet, diligenter  
et mature etiam atque etiam consulere.

Videtur autem nobis Mte vram Re-  
gia, et recte posse et debere facere, quod illi postulant,  
de legationem ad Caesarem Turcorum mittenda, quae  
primum gratias ipse agat nomine Mti vram, q tam be-  
nigne et dementer se gesserit, erga filiam et nepotem  
M. V. R., deinde petat, ut quibus Regnum Hungariae  
tam per bras quam per Legatos ipsorum, et suos se-  
mel iam concesserit, his legibus, quibus Regi Joanni  
Dni hujus pueri ante concesserat, eodem teneatur,  
Budaque restituta pacate regnare patiatur.

Atque

~  
~  
~

24 Januarius 1542

Atqui in hac re celeritate opus est, propterea quod dicitur Cæsar in urbe Sophia hibernare ad Festum S. Georgii ad Budam cum exercitu affertus, et in campo Ballof de more Hungarorum commitia habiturus, omnium Procenium et nobilium et civitatum, ut agnoscat, qui secum, qui cum hostibus suis sociat.

Non abs re etiam videtur esse ut ad Regem Gallorum M. V. R. mittat oratorem, ut is perficiat commendationem suam apud Cæsarem Thurecarum, apud quem valde gratus est, quo Hungaris et Nepoti mris vice Buda restitutus, Regnumque concedatur, præsertim quod is affirmabat et promittebat Statillio Epopo cum apud ipsum Legatus esset Cæsarem Budam non recepturum neque usurpaturum esse, sed Regnum puero concessurum.

De tertia vero Legatione ad Regem Ferdinandum mittenda ostendimus in responso nobis id non videri consultum, quod pugnatura hæc esset cum superioribus, et non modo non prodesset Hungaris quidquam, sed obesset etiam. Posset vero per eam Majestas Vra Regia et se se, et nos omnes in extricabilem laqueum conicere. Quod reliquum est DEUM precamur, ut mte Vram incolumem conservet. Craco: a 4. Januarii Anno Domini 1542.